

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Simplicitas d
cum fonte primo

Prudencia absque simplicitate malicia
est, et simplicitas absque ratione stulticia
nominatur.

Ieronymus super Osee.

Praecipit Dominus in euangelio ut simus
simplices quasi columbae, et astuti quasi
serpentes, ut imitantes simplicitatem
columbarum, et serpentis astutiam, ne
aliis nocere possimus, nec ab aliis
patiamur insidias; sed simplicitate et
prudencia exhibeamus hominem
temperatum, quia
prudencia absque bonitate, malitia
est; et simplicitas absque ratione, stultitia
nominatur.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii
in prophetas minores, In Osee, 2, 7,
11.12* (CCSL 76, M. Adriaen ed., p.77,
ll.265-271).